

che also lauten. Moveri autem prædictos satellites cir-
 ca Jovem, describendo circellos in quorum supe-
 riore parte ferantur ab occasu in ortum, in inferiori
 autem ab ortu in occasum, ideoque ibi in conseqven-
 tia, hic in antecedentia signa, inde colligitur, quia,
 ut notat Ricciolus, & ante eum Scheinerus, & alii à
 sua maxima digressionem occidentalià Jove, in qua sta-
 tionaru videntur, accedunt deinceps ad Jovem ori-
 entem versus, & nobis dejectiores, deinceps in au-
 strum, & semper minores apparent, donec ipsi conjun-
 gantur & occultentur. Inde autem rursus versus o-
 rientalem plagam emergentes, & tendentes ad ma-
 ximam digressionem ortivam, minus ac minus deje-
 cti ad austrum apparent, semperque majores appa-
 rent; peractaque ibi mora, seu statione altera, rever-
 tuntur versus Jovem ad occidentem, & tunc quo ad
 apparentiam videntur nobis magis magisque evecti
 in boream, iterumque Jovi junguntur. Et in
 hoc motu semper extimus satelles est nobis in meridi-
 em spectantibus dexter quamdiu est in parte superio-
 re pericycli, & quamdiu ab occasu in ortum permov-
 ventur, at in altero hemicyclo semper apparet nobis
 sinister. Ex his igitur manifestè patet Jovis comites
 moveri prædicto modo circa ipsum. Hæc ille.

*Situs & mo-
 tus satelli-
 tum Jovis
 ostenditur.*

§. III. Woraus denn folget / daß die Satellites Jovis
 nicht gleich weit von dem Jupiter entlegen / sondern der eine
 immer weiter als der ander / daher ich nach etlichen Observa-
 tionen folgendes Täßlein hiebey fügen will / daraus zugleich ih-
 re Gröffe abzunehmen.